



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.30. S. Germani Parisiensis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

vehementer offensus Rothomagum con-
tendit. Meroveus & Brunehildis ad Ec-
clesiam S. Martini intra muros illius Ci-
vitatatis constructam confugiunt, cumque
trepidantes & sibi caventes Chilpericus
dolo permovere non posset, ut exirent,
edito juramento promisit, si Dei volun-
tas esset, ut in conjugio viverent, non
coacturum se eos, ut separentur, scili-
cet, si Matrimonium eorum legitimum
judicaretur. Ipsi jurata Regis Fide ac-
cepta ex Ecclesia prodierunt. Chilpe-
ricus ambos amplexu strinxit, & convi-
vio adhibuit. Tum Brunehilde Rotho-
magi relicta Meroveum Sueffionem ab-
duxit. Accidit vero, ut non multo e-
lapso tempore latrones Regem aggredie-
rentur; exinde suspicione de Meroveo
concepta, arma quibus accinctus proce-
dere solebat jussit auferri, & custodes
dedit. Postea eundem tonsura insigni-
ri, & vestem clericalem induere præcep-
it, tandem Presbyterum ordinatum
Meduanam in Monasterium S. Calesii
misit, vitæ Ecclesiasticæ institutis im-
buendum.

Sæculum VI.
A. C. 575.

c. 3.

§. XXX.

S. Germani Parisiensis obitus.

Sanctus Germanus Episcopus Parisiensis
e vivis excessit anno 576. 28. Maji die,
qua ipse prædixerat; nam paucis ante o-
bitum

Greg. V.

hist. c. 8.

Fortun. vit.

in fin.

Sæculum VI. bitum diebus vocatum ad se Notarium
A. C. 576. suum iussit supra lectisternium hæc ver-
 ba scribere: *Quinto Cal. Jun.* nempe 28.
 Maji. Annum ætatis attingit circiter o-
 ctogessimum. Magna dicendi vi, cum
 concionabatur, veritatem auditorum
 suorum animis ingerebat. Ipso ad Men-
 sam, cum reficeretur, sedente Libri pii
 prælegebantur. Si iter faceret, de Deo
 loquebatur, aut Divinas Laudes canebat.
 Officium semper nudo capite, etiam
 equitans, & pluviis vel nivibus ca-
 dentibus recitabat. Sæpe surgebat no-
 cturno tempore, & in Ecclesia Psalmos
 quinquaginta decantabat, priusquam alios
 e somno excitaret, tumque membris
 frigore rigescentibus cubitum rediebat,
 ut nemo sciret, ipsum vigilasse. Sæpe
 etiam in Ecclesia ab hora noctis tertia
 nempe nona usque ad lucem diei, Clericis
 in cantione Nocturnorum sibi invicem
 succedentibus, solus perseverabat.
 Quamvis vero tam proluxa oratione es-
 set fatigatus, tamen pauperum & afflic-
 torum preces & questus audiebat, imo
 & ipse prior, quo auxilii genere indige-
 rent, interrogabat.

S. Germani vitam scripsit Fortunatus,
 qui multa edita miracula narrat, &
 aliqua etiam quibus ipse testis adfuit.
 Personas, locum, & adjuncta indicat.

c. 63. Cum S. Germanus in urbem Bituricen-
 sem

sem ad ordinandum Episcopum Felicem Sæculum VI.
A. C. 576.
anno 560. venisset, vir Judæus, cui no-
men Sigericus, ipso prædicante conver-
sus est; at uxor illius docentes audire
respuebat. S. Germanus, illis, quos ad
colloquendum mulieri miserat, nihil pro-
ficientibus, ipse accessit, & pervicaciter
oculos ab ipso avertentis frontem teti-
git. Illico adstantes scintillas & fumum
ex naribus fœminæ prorumpentem vi-
derunt. Fassa est deinde mulier, obsti-
tisse aliquid, ne faciem Viri Sancti vale-
ret aspicere. Igitur cum tota domo sua
ad Christianorum Sacra admitti petiit,
pluribus aliis Judæis hujus Familiæ ex-
emplum sequentibus. Sub idem tem-
pus & annum circiter 560. S. Germanus
Augustodunum, cum Syagrius ordinare-
tur, delatus, Florentinum virum illustrem,
sequente tempore Episcopum Matisco-
nensem, ita ictum, ut oculus promine-
ret ex capite, sanavit. S. Germanus Se-
pulchrum nactus est in Oratorio S. Sym-
phoriani prope Ecclesiam S. Vincentii,
quæ, nam corpus ejus eo translatum fuit,
ab ipsius nomine dicitur. Rex Chilpe-
ricus S. Germano Epitaphium versibus
latinis concinnavit. Successor ejus in
Sede Parisiensi fuit Ragnemodus Discipu-
lus ipsius, quem alii Raymundum ap-
pellant.

c. 64.

§. XXXI.